



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 45. Conventus Argenteonensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. Iubenti animo competenti Judici pari-
A.C. 1167. turum, & submissurum se illis, quorum
 Judicium subire Papa jussisset. Nunc
 vero pauperrimum & solius Regis Fran-
 ciæ beneficiis vitam trahentem ad longæ
 litis sumptus compelli non posse. No-
 luit vero S. Thomas Cardinalem Papien-
 sem Judicem recusare, ne nova lite, an-
 tequam restitutus fuisset, implicaretur.
 Iterum Legati interrogant, an coram i-
 psis respondere vellet Episcopis, qui ab
 eo ad Papam appellaverant, cum jam
 præsentes essent. Quibus Thomas pa-
 riter respondit; se nulla a Pontifice hac
 de re accepisse mandata, si autem exin-
 de acciperet, facturum se, quod æquitas
 postularet. Altera die Rex Franciæ, Le-
 gatis in conspectum admissis, illud obje-
 ctum, quod Thomas duobus Regibus exi-
 tialis belli auctor extitisset, diluit, jure-
 jurando affirmans, Præfulem sibi con-
 stanter suassisse, ut pacem cum Rege An-
 gliæ conservaret.

II. ep. 27.

§. XLV.

Conventus Argenteonensis.

Exinde Legati de iis, quæ acta erant,
 Regi Angliæ rationem reddituri *An-*
 * *Argentan* *genteon* * die Dominica vigesima sexta
 Novembbris pervenient, quibus Rex ad
 duas leucas obviam procedens, eos dein-
 de ad hospitium deduxit. Altera luce
 Rex

Rex finita Missa cum non multum pro- Sæcul. XII.
cessisset dies, Legatos vocat. Adsunt A.C. 1167.

illi & cum Archiepiscopis, Episcopis, & II. ep. 6.

Abbatibus, qui admissi sunt, conclave
Regis intrant ad consultandum. Ac
postquam ad spatum ferme duarum ho-
rarum intus fuissent, egrediuntur, Rex-
que Legatos usque ad ostium Sacelli ex-
teriorius comitatus, publice, præsentibus
etiam iisdem Legatis, dicere auditus est:
*Utinam, quoad vivam, nunquam amplius
Cardinalium aliquis oculis meis obver-
tur!* Tanta autem festinatione eos di-
misit, ut quamvis eorum hospitium haud
procul distaret, proprii tamen ipsorum
equi non expectati, sed alii, qui forte
ante illud facellum custodiebantur, abi-
turis admoti fuerint. Ita Legati haud
plus quatuor viris comitantibus discesse-
runt; Archiepiscopi vero, Episcopi &
Abbates apud Regem remanentes ad
consilium adhibiti, cumque deliberatio
ferme ad tempus usque Vesperarum fuis-
set protracta, ad Legatos se contulerunt,
turbido omnes vultu, ac modico ibi tem-
pore consumpto, quisque ad suum diver-
sorum rediit.

Postera die Martis, Præsules, post-
quam apud Regem usque ad meridiem
tenuisset deliberatio, ad Legatos venti-
tarunt hinc & inde mandata secreta fe-
rentes. Die Mercurii illius mensis, in

Qq 2 vigilia

Sæcul. XII vigilia S. Andreæ, Rex cum canibus &
 A. C. 1167. avibus summo mane exiit ad venandum,
 quod de industria fieri, & quæsito absen-
 tiæ prætextu, omnes crediderunt. In-
 terim Episcopi mature in facello Regis
 tumque in Regia conveniunt, ubi post
 quam consultassent ad Ecclesiam, Lega-
 torum hospitio proximam, pergunt. Vo-
 cantur Legati, audituri, quæ exponen-
 tur. Qui intrantes in medio omnium
 consident, Archiepiscopis Rotomagensi
 & Eboracensi, Episcopis Vigorniensi, Sa-
 resberiensi, Bajocensi, Londinensi, Cice-
 strensi, & Incolismensi, multis Abbat-
 ibus & magna Laicorum multitudine la-
 tera stipantibus.

§. XLVI.

Appellatio contra Thomam.

Tunc vero Gilbertus Episcopus Londi-
 nensis de Sede sua surgens & con-
 versus ad Legatos, *Ad aures vestras per-*
venit, ait, nos literas a Summo Pontifi-
ce accepisse; has ad manus habemus. In
iis vocati ad vos venire jubemur. Ex
iisdem perspeximus, vobis plenam pot-
statem dirimendi lites, inter Regem &
Archiepiscopum Cantuariensem, atque
inter nos & eundem Praesulm natas, da-
tam esse. Quare cum vos in has Regio-
nes advenisse percepimus, praesto vobis esse
voluimus, ut vel actionem moveremus,
vel